

B.M. 1.670

DISSERTATIONCVLA ALTERA
DE
ISRAELITARVM DICTATORIBVS.

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI III,

DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE QVOQVE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVII
THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE
COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET
RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVEN-
STEINII, TONNAE, REL.

DOMINI NOSTRI ET PATRIAE PRINCIPIS
LONGE CLEMENTISSIMI
NATALI AVSPICATISSIMO

VII KAL. MAII, A. R. S. MDCC LXV,
QVAM FELICISSIME REDEVNTE,
PERILLVSTRES AVLAE PROCERES,

EPHORVS MAXIME REVERENDVS,

ITEMQVE
INSPECTORES SCHOLAE GRAVISSIMI

AEQVE AC
OMNES FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE
PERQVAM ET ADMODVM HONORANDI,
VT AD ORATIVNCVLAS BENEVOLE AVDIENDAS
IN AVDITORIO MAIORI

C. L. H. IX. ANTE MERIDIEM COMPARERE HAVD GRAVENTVR,
SVBMISSE, OBSERVANTERQVE ET PERAMICE

INVITAT
M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

LITTERIS WALTHERIANIS.

Custodia vt plurimum habetur fidelissima, si summi Principes satellitibus arma-
 tisque stipati incedunt: saepenumero tamen insidias molientibus longe in-
 ferior esse perhibetur corporis custodia. Non multis abhinc annis morti-
 ferum prope vulnus Potentissimo Lusitanorum Regi inflictum esse, quem fugit? et Chri-
 stianissimum Gallorum Regem subornati percussoris cultro non leuiter vulneratum, quem
 peeserit? licet vterque septus fuerit corporis custodia. Tantum desuper abest, vt muni-
 menta praesidii fortissimis tenta haud capi posse ducantur, vt potius Buda occupata, Alba
 Graeca expugnata, Rupella superata nec vllus natura et arte munitus locus insuperabilis
 habendus sit. Hinc Poloni, hinc Heluetii regionum propugnacula nevtquam extruenda
 curant terrarum suarum iuuentutis flore fisci, quin immo? quolibet ciue patriae defensore:
 terras tamen armatis compluribus tedas, factis quoque contra hostem a fronte fossis in
 potestatem redactas, agros combustos, manus fugatas, equis non relatum legit? Sic
 itaque nec corporis custodia, nec praesidia virtute insigni praedita, nec castella natura et
 arte munita munimenta dici queant fidelissima. Fidelior est custodia, vbi ciues vitae mo-
 rumque innoctia inclarescunt. Innocentiae puritatem potentissima protegit manus
 Suprema et illius rupes valida, arx inexpugnabilis, clypeus ferreus ipse DEVS est, quo
 tecti manent illaesi ac securi. Quamvis vi, odio, inuidia premantur: longe ab eis abest,
 vt opprimi patiantur, vt potius palmae instar sese erigant et malo resistent. Non dis-
 similes sunt viris, quos barbarorum crudelitas victos in publica conuicit vincula, qui in
 seruitute liberi, in periculo tuti, in custodia laeti esse solent. Magnetis virtute ad se
 allicientis et, vt loqui consuecimus, attrahentis eadem gaudet: ab omni facinore remotos
 quippe honorent potentes, suspiciunt principes, colunt magnates, desiderant adeo im-
 pugnant. Ne aenigmata loqui videar, equis est, qui non mecum conspiret, saepe-
 numero dictam virtutum oranium esse genitricem? Pietatem namque alit, insti-
 tiam nutrit, modestiam fouet. Modestiae, illi diuinae animi demissioni filiae nomine
 venire, interdicitur? Qua virtute supremo ipsi Numini quid gratius? Nihil hac excessus
 habetur, haec semper superior nescit extolli, haec dilectione DEI laeta infra se omnia
 terreftria, vt pote vana et breui peritura, despicit. Quid commendationis illustrius huius
 virtutis amplectendae causa adici queat, quam, quod pauperes spiritu beati dicantur,
 digni, qui omnino extollantur? Mecum ad vnum omnes viri a Spiritu S. impulsu faciunt,
 nihil tam gratum superis, nihil piis hominibus hac virtute acceptius. Viri hac demissio-
 nis simulatae innoctiae virtute excellentes nonne super caeteros eminent? Saluete
 Viri, quorum nomina tam reuerenda, vt vobis omnis assurgat posteritas! Omnium fide-
 lium parens qua innoctia, qua demissione animi legitur! qua sapientissimi Regum
 genitor! qua ipse huius filius, qui de se tam demisse loquitur, vt nihil excogitari fingi-
 que possit demissus! Vt solem altissime in Zodiaco procectum tardissimi motus esse
 animaduertimus: sic quo fortuna hos viros subuexerat altius, hoc quoque fuere animo
 leniori minusque feroci. Tantorum virorum insistere vestigiis, quid magis congruum,
 quid decentius, quid conuenientius? Quum iam ciuium innoctia custodia est fidelis-
 sima: hoc magis Plinii iunioris effatum ratum esse statuo: *Fidelissima, iniquentis,
 custodia est Principis ipsius innoctia. Haec arx inaccessa, hoc inexpugnabile muni-
 mentum, munimentum non egera. Frustra se terrere succinxerit, qui septus caritate
 non fuerit.*

Quem Ducum Serenissimorum minus corporis custodia indigere arbitramur, quam
**SERENISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINUM
 FRIDERICUM III, DVCEM SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,
 MONTIVM, ANGARIAE AEQVE AC WESTPHALIAE, LANDGRA-
 VIUM THVRINGIAE, MARCHIONEM MISNIAE, PRINCIPIS DIGNI-
 TATE COMITEM HENNEBERGIAE, COMITEM MARCAE ET RA-
 VENSBERGIAE, DYNASTEN RAVENSTEINI, TONNAE, REL-
 PRINCIPEM ATQVE PATRIAE PATREM LONGE CLEMENTISSIMUM,
 QVI cum ciuibus, quasi cum liberis parens, viuit et QVEM ciues fidelissimi tam
 singularis amoris affectu complectuntur, vt pro EIVS salute et vite vitam et sangui-
 nem profundere non dubitent. Vos, vos, moenia Eisenbergensia, alloquor? Nonne
 EIVSDEM DVCS SERENISSIMI innoctia vos inexpugnabilia fecit? Nonne**

IPSIVS

IPSIUS SERENISSIMI DVCI*s* innocentia vos ab omni hostium insultu tuta reddidit? Nonne *p*i* Ducis, Proavi gloriosissimae memoriae Serenissimi Ernesti*, vestigia exacte prementis non fucata pietas quasuis a finibus hisce calamitates repulit? Vos nos rubore suffunderetis, nisi DEVM benignissimum his inprimis Natalitiis auspiciatissimis supplices adiremus, vt quam longissimam annorum properrimorum seriem vitae innocentissime transactae addere non neget!

Soluturi iterum sunt vota eaque anno praeterlapso deuotissime nuncupata totius coetus scholastici nomine

Adolescentes honestis moribus et doctrina non mediocri ornati,

IOHANNES THEOPHILVS ZEIDLER, *Ezdorffensis,*

CHRISTIANVS DANIEL FRIDERICI, *Eisenbergensis,*

IOH. FRIDERICVS GOTTHARD KRAVSE, *Hohndorffensis,*

IOHANNES FRIDERICVS SCHVMANN, *Ezdorffensis,* qui votis deuotissimis praemissuri oratiunculas et quidem *Primus de Precum ardentissimarum Pondere; Alter de Indole bona; Tertius de Institutionis Dexteritate et Quartus de Studiorum Anima.*

Anno huius Seculi primo *Philippus V* occupato Neapolitano regno aureos argenteosque nummos cudendos curauerat, quorum ex altera parte Regis effigies conspicienda, altera orbem terrarum sole cum oriente susebat, quibus Epigraphae: *Hilaritas vniuersa. Natalitiis DVCI*s* SERENISSIMI AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI* exoptatissimis ne vllum quidem subiectorum fidelissimorum esse exitimo, qui non intime de isdem laetetur, exultet, tripudiet et mecum ex deuotissimo pectore optet, vt dominator et omnia nutu regens, praefens et praepotens DEVS omnia optata nullo non tempore adferat et SERENISSIMO DVCI, PATRIAE PATRI INDVLTENTISSIMO et SERENISSIMAE CONIUGI et SERENISSIMO PRINCIPI HEREDI vna cum TOTA DOMO SAXONICA GOTHANA SERENISSIMA, praefertim vero, vt CLEMENTISSIMI PATRIAE PRINCIPIS anni salute perpetua ac diuturno imperio comitibus sint nestorei!

Innocentia procul dubio etiam inclauerunt Israeuitarum Iudices, romanorum Dictatorum aemulatores. Nonnullorum vita iam paucis exponenda superest. *Ishbaabo* vita functo *Ibbzam* Israelem iudicat septem annos, cuius successor *Elon* eidem decem annos praestit huiusque successor *Abdon* octo annos Dictatoris officio functus. Quibus quidem Iudicibus relatu lectuque dignum nequicquam relinquentibus sine mora ad *Schimshon* vitam moresque depingendos me accingo. DEI Angelus valde venerandus ante apparuit matri, quam in lucem suscipitur, conceptum partumque filii futuri *Nasiraei* annuncians. Fuit autem *Nasiraeus*, אִרְיָא, *abstinuit*, a vino potuque inebriante se abstinens nec immundo sese cibo contaminans dulcissimi Saluatoris mundi typus. Quis res Heros laude dignissimus gesserit, Capp. XIV, XV, XVI *Iudicum* pluribus sanctae docent Pandedae. Quaedam delibare liceat. Thimnatam proficenti occurrit iuuenis leonum rugiens, quem, sicut haedus discerpitur, discerpsit. Ex quo satis acutum aenigma ortum: *A deuoratore exiuit cibus et a forti dulce*. In quibus facinoribus et hoc, quod trecentas vulpes ceperit, quarum ope accenderit fegetes. Sint licet, qui dubitent, an illa animalia vulpes fuerint: quum tanta vulpium copia non facile praesto sit; vulpes desuper propter astutiam capti sint difficiles et, quamuis tantam vulpium copiam cepisset, in caudarum medio faces ac titiones ad accendendas fegetes ligare, haud fieri quiuisset. Verum enim vero, quum sine virgente necessitate a literali sensu non discedendum: desuper in istis locis magna vulpium; erant enim in cibus vetitis; frequentia oppida ingredientium et absque noxa cum hominibus conuersantium, in Iudaea incredibile vineis inferentium damnum fuisse scribatur; praeterea artem arte eludi confset et maxime ob familiaritatem capiendi difficultas nulla fuerit: quare haec res in dubium vocanda sit, non video. Non dissimile exemplum prope *vid. in Fastor. Lib. IV com. 691. ff. Ouidii*. Dicto inuento *Philsistaeis* damnum non mediocre infert *Schimshon*: namque tam acruos, quam fegetes stantes et vineas et oleas accendit. Vincit post hostibus traditus

ditus ac captivus in via ab iisdem ductus inuenit humentem asini maxillam, qua extensa manu accepta mille virorum percudit. Nec insigne miraculum heic loci silentio premen- dum, chilo diuina virtute molare iusse aquas, quae potae Heroi spiritum legibus ac fal- tribus constitutionibus viginti annos fanciis ex voto reddidere. Tandem a *Delilah* cum quotidie verbis exagitante et artificioso ipsum virgente victus ademta oculorum acie, vt coram Satrapis et populo luderet, e captiuorum domo abducitur. Duas inter plenae viris atque mulieribus columnas, quibus domus sustentabatur, statutus dextera alteram, alteram sinistra complectendo vi eaque summa nisus: *Moriar*, inquit, *ego cum Philis- taeis*; sese inclinat deciditque eadem ipsos super Satrapas et in ista commorantem popu- lum pluresque necauit moriendo, quam viuendo occidit. Debito ab hoc naturae red- dito nullius fit Iudicis mentio, sed vltima Iudicum sunt: *In diebus illis non Rex erat in Israel, quilibet ratum in ipsius oculis faciebat.*

Sacerdotis deinceps *I Sam. I, 9*, Iudicis munus simul totius *I Sam. IV, 18*, scilicet *Eli* fit mentio, quem ob vaticinium *Hannae* datum non praetermittendum duco. Sum- mis Sacerdotibus vaticinandi donum fuisse proprium, vel ex his apparet, quae *Iob. XI, 49* ff. leguntur. Etenim Pontificibus cum Pharisaeis de *CHRISTO* deliberantibus, quid cum illo facerent? concilio in diuersa abeunte, fiebat, vt vnus ex ipsis, *Caiphas*, anni istius Pontifex maximus consilium daret commemorandum: *Vos nihil scitis, nec cogitatis, expedire vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, nec tota gens pereat.* Quod autem, additur, *ex semetipso non dicit, sed quoniam illius anni Pontifex esset maximus, vati- cinatus est fore, vt IESVS pro gente mortem occumberet.* *Eli* igitur *I Sam. I, 17* pariter vaticinatus est: *DEVS Israelis dabit tibi petitionem tuam, quam petisti ab illa.* Nimio opere filius conuiuens DEO dat poenas iustissimo. Audito nempe nuncio, *Israelem* cladem magnam perpessum filiosque ipsius interfectos ac arcam DEI captam decidit de sedili retrorsum fractaque ceruice moritur *Israele* ab eodem quadraginta annos iudicatus.

Cuius successor *Schemuel*. Vocatus a DOMINO edictum tota regione pro- ponit, vt vniversus populus *Mizpae* conueniat, quo haustam aquam effuderunt coram IEHOVAH ieiunando in die isto: *Peccauimus, inquires, Iehonae!* eodemque loci *Israelis* filios iudicauit. Confescente *Schemuele* constitutisque filijs iudicibus, non vero in parentis viis euntibus, omnes huius populi seniores congregati veniunt ad ipsum rogantes, vt ipsis det Regem ad iudicandum. Aegre id ferens Propheta re DOMINO propolita mandatum accipit, vt obediat populi voci in omnibus: non enim populum *Schemuelem* repudiasse, sed SE IPSVM, vt ne in ipsos imperium teneat. Prouincia publice deposita Propheta animam essat, quem congregatus populus isque omnis luget et *Ramae* sepelit. Vnum liceat adicere. Quid de *Schemuele* a saga excitato habendum? Equidem videt venefica Elohim ascendentes de terra. Numerum Singularem pro Plurali *Συεκδοχη* poni, nemo non videt. De caetero ascendens iste erat Cacoadaemon, qui *Schemuelem* se esse simulat: verum enim vero satanam ludere ex ambiguo, inuuentem: *Saulem* cum filijs secundum animam secum futurum, id quod de *Ionathane* integro dici non potuisse, in aprico est. Quod superest, quae heic praedicat euentura: ex ipsa re poterat coniecere: quandoquidem *Saulem* trepidantem viderat atque a DEO desertum.

Quodsi iam penso: Romanos in angustiis constitutos crealle Dictatores iisdemque autoritatis et potestatis plus fuisse, quam Consulibus; Dictatores praeterea ius habuisse animaduertendi in cuiusvis ciuis, caput itemque milites conscribendi, bellum gerendi, pacem faciendi, vt et mandandi, edicendi, praescribendi, desuper iisdem hac Dictatura graue onus impositum fuisse: patiter atque Iudaeorum Iudices a DEO *Israelis* in maxi- mis angustiis constituto esse datos, hos Iudices amplissima fuisse autoritate, idem ius exercuisse, hoc quoque iudicandi munus admodum graue extitisse:

hos Dictatorum nomine compellare,
non haereo.



B.M. 1-670

DISSERTATIONCVLA ALTERA
DE
HISRAELITARVM DICTATORIBVS.

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI III,

IAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
QUE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVII
ARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE
NEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET
NSBERGAE, DYNASTAE RAVEN-
STEINII, TONNAE, REL.

OSTRI ET PATRIAE PRINCIPIS
NGE CLEMENTISSIMI

AVSPICATISSIMO

L. MAII, A. R. S. MDCC LXV,
FELICISSIME REDEVNTE,
ILLVSTRES AVLAE PROCERES,

MAXIME REVERENDVS,

ITEMQVE

ORES SCHOLAE GRAVISSIMI

AEQVE AC

ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE
AM ET ADMODVM HONORANDI,
TIVNCVLAS BENEVOLE AVDIENDAS

AVDITORIO MAIORI

MERIDIEM COMPARERE HAVD GRAVENTVR,
OBSERVANTERQVE ET PERAMICE

INVITAT

DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

ITTERIS WALTHERIANIS,

